



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XVI. Aspirationum fontes ponuntur vndecim; adhibitis formulis ex Scriptura
sacra, sanctisque Patribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

tionem comparandam. Ut autem piis a-
 is facis faciamus, hic orationum Iaculato-
 am fontes, vnde eruuntur, ponemus; addi-
 ia, quae ex Psalmis & Patribus sententiis fundendis
 sissime manifestandis: denique, quid in operibus sin-
 is depromi possit ex animo caritate accenso,
 n esse debere.

Meminerimus tamen sententias huiusmodi
 verficulos recitandos aut ruminandos esse
 & si tantummodū colloquii inter Deum & animam in-
 tati: verbaque singula librandā, perpenſa eo-
 um significatione propria vel impropria, iun-
 gendo sententiarum verba verbis, sententias
 entis, ex quibus elicias cibum potumque
 nutriendo idoneum: praestatque vni-
 am attente, & cum sensu discutere, quam plu-
 effundere.

C A P. XVI.

*Aspirationum fontes ponuntur undecim:
 adhibitis formulis ex Scriptura sa-
 cra, sanctisque Pa-
 tribus.*

Fontes è quibus Aspiraciones istae de-
 promi possint, ac desideria inflam-
 mata tamquam tela in caelum vibrari, sunt in
 primis consideratio patriae caelestis: ad qua san-
 ctissimus Rex sic aspirat: *Vnam petii à Domino, hanc*
requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus
diebus vita mea: vt videam voluptatem Domini,

*Aspiratio-
 num fontes
 undecim.*

*Fons. 1.
 Considera-
 tio caelestis
 Patria.*

*Psal. 26.
 Psal. 83.*

Zz 4 & vi-

& visi em templum eius. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atriis Domini. Cor meum & caro mea exultabunt in Deum viuum. Etenim passer inuenit sibi habitaculum, & turtur vidum sibi, ubi ponat pullos suos. Beati habitant in domo tua, Domine: in secula seculorum dabitur tibi gloria. Si obliuiscueris me, Domine, dextera mea. Adhereat lingua mea faucibus meis, ne meminero tui: si non proposuero Ierusalem in praesentia latitiae meae.

Psal. 136.

Medit. c. 23.

Quomodo colloqui debeamus, ita Dominus nobis est exemplo. Mater, inquit, Ierusalem, ciuitas sancta Dei, carissima sponsa Christi, amat cor meum, pulchritudinem tuam nimium rat mens mea. O quam decora, quam gloriosa, quam generosa tu es! Tot a pulchra es, & macula non habet. Exulta & letare formosa filia Principis: quia praecepit Rex speciem tuam, & amauit decorem tuum. Quis est tuus formosus forma praefiliis hominum. Sed qualis est tuus ex dilecto, o pulcherrima? Dilectus meus & rubicundus, electus ex millibus. Sicut malum ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios. Bra illius, quem desideravi, ecce lata sedeo, & eius dulcis gutturi meo. & paulo infra: Speciosa es, & suauis in deliciis tuis, mater Ierusalem. Nil in te tale, quale hic patimur, qualia in hac vita cernimus: non sunt in te tenebrae, aut nox, qualibet diuersitas temporum. Non lucet in te lucerna, aut splendor luna, vel iubar stellarum, Deus de Deo, lux de luce, soli iustitia semper te: Agnus candidus & immaculatus lucidum & rimum est lumen tuum. Ibi hymnidici Angelorum

Cant. 4.

Psal. 44.

Cant. 5.

Cant. 2.

prophetarum prouidus chorus: ibi duodenus Apосто-
m numerus: ibi numerabilium Martyrum victor
ritus: ibi Confessorum sacer conuentus: ibi sancta
eres, quæ voluptates sæculi & sexus infirmitatem

Alius fons ducitur ex tædio huius vitæ mi
Tædet animam meam vitæ meæ, ait Iob. & Da-
ta misera.
Iob. 10.
Psal. 119.
Psal. 41.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est:
Ita cum habitantibus Cedar, multum incola fuit
ma mea. Fuerunt mihi lacryma mea panes die ac
ita dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?
quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Domus vero Augustinus ita latius: Tædet me, Do-
mine, valde vitæ huius, & istius ærumnosæ peregrina-
loriosæ vitæ: vitæ hac vitæ misera, vitæ caduca, vitæ incerta,
laboriosa, vitæ immunda, vitæ domina malo-
Regina superborum, plena miseris & erro-
rem: quæ non est vitæ dicenda, sed mors in qua
singulis morimur, per varios mutabilitatis
diuersis generibus mortium: & cum per se sit
& amara, vt etiam suos cæcos amatores latere
vult: tamen infinitam stultorum multitudi-
nem aureo calice, quem in manu habet, potat, & pror-
ue mebrat. Felices illi, & ipsi rari qui familiaritatem
recusant, perfunctoria gaudia spernunt, societate
ne cum pereunte deceptrice & ipsi perire co-
entur.

Fons tertius ex desiderio liberationis ab
Desideriū
liberatio-
nis à misera-
ria.
Psal. 141.
Psal. 41.

de custodia animam meam, ad consistendum no-
nis tuo, me expectant iusti, donec retribuas mihi.
Psal. 141.
Psal. 41.

Zz 5 desi-

- desiderat anima mea ad de, Deus. Sitiuit anima mea
ad Deum fontem viuum : quando veniam & appa-
rebo ante faciem Dei ? & Apostolus : Infelix ego
homo , quis me liberabit de corpore mortis huius ?
Rom. 7. Diuus Augustinus : Felix anima , qua terrenis
Med. c.13. luta corpore libera caelum petit : secura est , & non
quilla ; non timet hostem , nec mortem ; habet enim
sentem cernitque indefinenter pulcherrimum Do-
num , cui seruiuit , quem dilexit , ad quem tandem
Cant. 6. ta & gloriosa peruenit . Hanc vero tanta beati-
nis gloriam nulla dies minuit , nullus improbus
Cant. 8. auferre . Viderunt eam filia Sion , & beatissimi
dicauerunt ; Regina & concubina laudauerunt
Cant. 6. dicentes : Quae est ista , quae ascendit de deserto
affluens , innixa super dilectum suum ? Quae
quae progreditur sicut aurora consurgens , pulcherrima
luna , electa ut sol , terribilis ut castrorum acies
Cant. 2. ta ? Quam leta exit , festinat , currit , cum dilectum
suum sibi dicentem atronitis auribus audit : Surgo
pera amica mea , speciosa mea , & veni ; iam enim
ems transit , imber abiit & recessit , flores apparuerunt
in terra nostra , tempus putationis aduenit , ros
turis audita est in terra nostra , ficus protulit
suos , florentes vineae dederunt odorem suum .
Fons. 4. 91. Fons quartus ex amore incenso in Deum
Amor in- censis in Deum .
Ioan. 27. perspecta eius bonitate , oritur ; de quo Dominus
Ioan. 13. trus : Domine , tu scis quia amo te : Domine , non
Rom. 8. paratus sum & in carcerem & in mortem ire .
Psal. 17. mam pro te ponam . & D. Paulus : Quis nos separabit
Psal. 118. bit à caritate Christi ? Regius Propheta sic ait :
Diligam te , Domine , fortitudo mea . & In corde meo
abscondi eloquia tua , ut non peccem tibi . & D. Augustinus

linas : Quis mihi dabit vt venias in cor meum, Conf. 17.
 ebrietas illud : vt obliuiscar mala mea, & vnum bo- c. 5.
 meum amplectar te? Quid mihi es? miserere, vt
 mar. Quid tibi sum ipse, vt amari te iubeas à me,
 nisi faciam, irascaris mihi, & mineris ingentes mi-
 stas paruae ipsa est, si non amem te? item : Scis, oc- Med. 6. 35.
 et enim scilicet cognitor Deus, quoniam non solum terra,
 num Domini & omnibus quae in ea sunt, tu mihi carior es: sed etiam
 tandem in caelo, & omnibus quae in eo sunt, tu mihi accepta-
 a beatissimis, tu mihi amabilior es. Diligo enim te super cœ-
 robus per terram, & cetera omnia quae in eis sunt: imo
 iustissimè amore nominis tui, quae transitoria sunt, procul
 merum habeo amanda non sunt. Amo te, Deus meus, amore
 fertio magno, magisque te amare cupio. Da mihi vt amem te
 Quae super quantum volo, quantum debeo: vt tu solus sis
 s, pallo in mentio mea, & omnis meditatio mea: te me-
 acius videri per dies sine cessatione, te sentiam per soporem in
 cum dilucido, te alloquatur spiritus meus, tecum fabuletur
 : Surgit mens mea.

iam enim Fons quintus oritur ex affectu gratitudi-
 apparuit desita enim sanctus Rex: Venite, audite, & nar-
 nit, vobis, omnes qui timetis Deum, quanta fecit anima
 orulo mea. Quid retribuam Domino pro omnibus quae retri-
 m. Quis mihi? & Augustinus: Quis similis tibi etiam in
 o in Deo, Domine? quis similis tibi? magnificus in sancti-
 quo Ditate, terribilis atque laudabilis, & faciens mirabilia
 in me, in sero te cognoui lumen verum, sero te cognoui. Erat
 nire. autem nubes magna & tenebrosa ante oculos vanita-
 nos separata mea, ita vt videre non possem solem iustitiae & lu-
 ra sic cœca mentem veritatis. Cacus eram, & cecitatem amabam,
 In corde meo ad tenebras per tenebras ambulabam. Quis inde me
 & D. abduxit? vbi erā homo cæcus, sedens in tenebris & ymbra
 mer-

Fons. 5.
 Gratitude.
 Psal. 65.
 Psal. 115.
 Aug. Soli-
 loq. c. 33.
 Psal. 85.

mortis, quis accepit manum meam, ut inde me educeret? Non querebam eum, & ipse quasiuit me: non vocabam eum, & ipse vocauit me. Vocasti enim me nomine tuo: intonasti de super voce grandi in interiorem aurem cordis mei, Fiat lux: & facta est lux. Gratia tibi, illuminator meus. Et conuersus sum, & vidi tenebras in quibus fueram, & abyssum tenebrosam in qua iacueram, & contremui, & expaui & dixi: Va, va tenebris meis, in quibus iacui: va, va cacitati illi, in qua videre non poteram lumen cæli: va, va præteritæ ignorantie mee, quando non cognoscebam te mine,

Genos. 1.

Fons. 6.

Zelus animarum.

Exed. 32.

Rom. 9.

1. Ioan. 3.

Phil. 3.

Ioan. 15.

Ioan. 10.

93. Fons sextus oritur ex ardentissimo zelum Creatori suo restituendarum zelum enim Moyses accensus exclamat, Deumque rogat: Aut dimitte eis hanc noxam; aut, si non facias, dele me de libro tuo quem scripsisti. & Paulus: Quis enim habet ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. In hoc cognouimus caritatem Dei, quando ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Omnia detrimenta & arbitror ut stercora, ut Christum lucrificiamus. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam proponat quis pro amicis suis. Bonus pastor animam suam pro ouibus suis. Quid mirum, bone Iesus, neque oues, quam à te vitam acceperunt, eam tuam restituendo restituant? Lubenter ergo impendat superimpendar pro iis, quos sanguine tuo redimisti: quæ enim maior gloria potest homini contingere, quam ut, ubi Dominus est, ibi sit seruus; & miles pro Rege vulnera multa recipiat, vitam denique gloriose profundat? Etenim

nos, vt moriamur cum eo. Qui enim ipsum con-
fessus fuerit coram hominibus, confitebitur &
se eum coram Patre suo.

Septimus fons nascitur ex desiderio Chri-
stam videndi, ac perfectæ cum eo coniunctio-
nis ineundæ. Desiderium habeo dissolui, & esse cum
Christo. Quis mihi det te fratrem meum, sugentem
lactem a matris mea, vt inueniam te foris, & deosculer
te, vt iam me nemo despiciat? Trahe me: post te cur-
ram in odorem vnguentorum tuorum. Desidero te
in illis, mi IESV; quando venies? me latum bilo.

quando facies? me de te quando saties? Nunc incipio
Christi discipulus, nihil de his, quæ videntur, desi-
derans, vt IESVM Christum inueniam. Ignis, in S. Igna-
tius, bestia, confractio ossium, membrorum diuisio, &
vultus corporis contritio, & tota tormenta diaboli in-
ueniant, tantum vt Christo fruatur. Frumentum

Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mun-
dus inueniatur. Osplendor Paternæ gloria, qui sedes su-
per Cherubim, & intueris abyssos, lumen veridicum,
lumen illuminans, lumen indeficiens in quem desiderant
Angeli prospicere; ecce cor meum coram te est. Non pos-
sum metiri vt sciam quantum desit mihi amoris tui
ad id quod satis est, vt currat vita mea in amplexus
tuos, nec auertatur donec abscondatur in abscondito

vultus tui: hoc tamen scio, quia male mihi est præter
te, Domine, non solum extra me, sed & in me ipso. Om-
niu enim copia quæ Deus meus non est, egestas mihi est.
Tibi itaque Domino Deo nostro semper adherere ne-
cesse habemus, vt per continuum auxilium tuum sancte
& pie & recte viuere valeamus: pondere siquidem
fragilitatis nostræ deorsum trahimur, dono autem tuo

accen-

Ioan. 12.

Matth. 10.

Fons. 7.

Desideriū

videndi

Dominum

Iesum.

Philip. 1.

Capit. 8.

Bern. in lia-

quo.

Hieron. de

Scrip. Ec-

cles.

in S. Igna-

tio mart.

tom. 1.

Aug. Me-

dit. c. 18.

Dan. 3.

accendimur, & sursum ferimur, inardescimus, & nos-
 mus, ascendimus, ascensiones in corde facimus, & car-
 tamus canticum graduum, igne tuo bono inardescimus
 & inus. quoniam? sursum inus ad pacem Ter-
 lem: quoniam iucundatus sum in his qua dicta sunt
 hi, in domum Domini ibimus. Illic collocavit nos
 luntas bona: vt nihil velimus aliud, quam permanere
 illic in aeternum. Sed quia, dum sumus in corpore
 2. Cor 5. regnimur à te, Domine; non habemus hic ciuitatem
 Heb. 13. manentem, sed futuram inquirimus: nos-ter autem
 nicipatus in caelis est: ideo duce gratia tua ingrediamur dul-
 cubile cordis mei, & canto tibi amatoria, Rex meus innocens
 Deus meus gemens inenarrabiles gemitus in locis
 Psal. 118. reginationis meae, vbi cantabiles mihi facta sunt
 Fons. 8. ficationes tuae.
 Amor Dei
 in nos. 95. Fons octauus ex amoris in nos Delat
 Gen. 22. ratione ac redamandi studio profilit, & in affectu
 tissimi affectus voces prorumpit, animusque
 pe huiusmodi sententias admirabundus reamat, qui
 tit: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis
 saac, & offer eum in holocaustum super vnum montem dicitur
 quem monstrauero tibi. Sic Deus dilexit mundum, vt vnigenitum
 Ioan. 3. lium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in
 eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. vt caput
 pter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, & magis ob-
 essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo
 Ephes. 2. & conresuscitauit, & consedere fecit in caelestibus
 CHRISTO IESU, vt ostenderet in saecula
 saeculis superuenientibus abundantes diuitias gratiae
 in bonitate super nos in CHRISTO IESU
 Ierem. 37. s v. In caritate perpetua dilexi te; ideo attraxisti
 Aug. Me- miserans. O quantum sumus tibi debitores, Domine
 dit. c. 17. mea.

nos, tanto redempti pretio, tanto saluati dono,
 tanto glorioso adiuti beneficio! quantum à nobis mise-
 rimus, amandus, benedicendus, laudandus,
 et glorificandus, qui nos sic amasti, sic sal-
 uasti, sic sanctificasti, sic sublimasti! Tibi nempe de-
 dit omne quod possumus, omne quod viuimus, omne
 quod sapimus. Sed attende, pie Pater, quem genueris Fi-
 lium, quem redemeris seruum: hic aspice factorem,
 quem despicias facturam. Amplectere serenus pastorem,
 quem respice misericors allatam propriis humeris ouem.
 Ingredere dulcem Natum toto corpore extensum, cerne
 Rex meum innoxias pio manantes sanguine, et remitte pla-
 gis in locum scelera qua patrarunt manus mea. Considera i-
 nterme latus crudeli perfossam cuspide, et renoua me sa-
 tis, quem inde credo fluxisse.

Aug. Me-
 dit. c. 8. Vi-
 de & c. 15.

Ibid. c. 6.

Fons. 9.

Fons nonus oritur ex admiratione iuxta
 affectu singulari concepto ex doloribus à
 nostro nostri causa perpeffis. O vos omnes, ex-
 amas, qui transitis per viam, attendite, et videte si
 dolor sicut dolor meus. Posui faciem meam vt pe-
 nam durissimam. Ego sum vermis, et non homo; op-
 probrium hominum, et abiectio plebis. Omnes vi-
 derunt me, deriserunt me, locuti sunt labiis, et moue-
 runt caput. Circumdederunt me vituli multi: tauri
 et boues obsederunt me: aperuerunt super me os suum,
 sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aqua effusus sum, et
 dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum ta-
 mquam cera liquecens in medio ventris mei. Aruit tam-
 quam ressa virtus mea: et lingua mea adhaesit faucibus
 meis, et in puluerem mortis deduxisti me. Foderunt
 manus meas et pedes meos, dinumerauerunt omnia os-
 sa mea. Diuiserunt sibi vestimenta mea, et super
 vestem

Passio. Sal.

à uatoris.

Thren. 1.

Isaia. 50.

Psal. 21.

In Offert. vestem meam miserunt sortem. Insurrexerunt in me
Missæ de viri iniqui, absque misericordia qua serunt me inter
Passione. ficere, & non pepercerunt in faciem meam spuerunt, lac-
 ceis suis vulnerauerunt me, & concussa sunt ossa
Psal. 68. mea. Dederunt in escam meam fel, & in sitim
Jerem. 12. potauerunt me aceto. Dedi dilectam animam meam
 in manu inimicorum eius: factus est mihi hereditas
 quasi leo in silua. Dederunt portionem meam de fili-
 bilem in desertum solitudinis. Desolatione desolata
 omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde. *De*
 vero ne ingratus sim, sed tui memor, Domine, *De*
 animam meam ad plagas tuas doloresque *De*
 uerto. Te sitio, te esurio, te desidero, ad te suspi-
 concupisco: & sicut pupillus, benignissimi patri-
 tus presentia, flens & eiulans incessanter eius
 faciem toto corde amplectitur; sic ego, non quia
 debeo, sed quantum queo, memor passionis tue, *De*
 alaparum tuarum, memor flagellorum, memor *De*
 rum tuorum, memor qualiter pro me occisus es, *De*
 ter conditus, qualiter sepultus, simul memor *De*
 riosa resurrectionis & admirabilis ascensionis *De*
 mihi, quia videre non potui Dominum Angelis *De*
 humiliatum ad conuersationem hominum, ut *De*
 exaltaret ad conuersationem Angelorum; cum *De*
 offensus moriebatur, ut peccator viueret! *De*
 tam admirabili, tam inestimabili pietati profes-
 stupefcere non merui! Cur, o anima mea, te pro-
 non transfigit gladius doloris acutissimi, cum fer-
 posses vulnerari lancea latus tui Saluatoris, cum
 re nequires violari clavis pedes & manus tui Pa-
 toris, cum horrore effundi sanguinem tui Redemptoris
 Utinam cum felice Iosepho Dominum meum da-

iussim! aromatibus condissim! in sepulcro collo-
 m! vt saltem profecutus vel consecutus essem, vt
 funeri non defuisset aliquid mei obsequii!
 Fons. 10.
 Fons. 10.
 de Dei bonitate & misericordia. Sic san-
 Spes de mi-
 sericordia
 Job sperabat. Etiam si occiderit me, inquit, in
 Dei.
 sperabo. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui
 Iob. 13.
 proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis om-
 Rom. 8.
 tradidit illum, quomodo non etiam cum illo om-
 nobis donauit? Certus sum quia neque mors, neque
 neque creatura poterit nos separare à caritate
 Desperare vtiq; potuissim propter nimia pec-
 Aug. Med.
 ca mea, & infinitas negligentias meas, nisi Verbum
 cap. 14.
 Dei, caro fieret, & habitaret in nobis. Sed
 Ioan. 1.
 sperare iam non audeo: quia, cum inimici essemus,
 Rom. 5.
 reconciliati sumus per mortem Filii tui: quanto magis
 reconciliati salui facti sumus per eum! Omnis nam-
 & totius fiducia certitudo mihi est in pretioso
 sanguine eius, qui effusus est propter nos, & propter no-
 stram salutem. In ipso respiro, & in ipso confisus ad te
 venire desidero: non habens meam iustitiam, sed
 quæ est in Filio tuo Domino nostro Iesu Christo.
 in ipso IESV Christo, Domino nostro, vni-
 Medit. cap.
 uersum nostrum portio, caro & sanguis. Vbi ergo
 15.
 mea regnat, ibi me regnare credo: vbi caro mea
 glorificatur, ibi me gloriosum esse cognosco: vbi sanguis
 meus dominatur, ibi dominari me sentio: quamuis
 creator sim, de hac communicatione gratiæ non diffi-
 dens, si peccata mea prohibent, substantia mea requi-
 sita, si delicta mea me excludunt, natura communio
 repellit. Non enim tam imitiss est Deus, vt obliui-
 osum deum
 hominis, & non meminerit ipsius quem ipse

gestat, & quem mei causa suscepit, eius quem mei causa requirit. Mitis vero & valde benignus est Dominus Deus noster, & diligit carnem suam, membra sua, & membra sua. In ipso Deo & Domino nostro IESU CHRISTO dulcissimo, benignissimo, atque clementissimo quo resurreximus, & iam caelos ascendimus, & in caelestibus confedimus, caro nostra nos diligit: habet autem sanguinis nostri prerogatiuam in ipso: *tem membra eius, & caro eius: ipse denique est corpus meum, ex quo totum corpus sicut scriptum est: Quia caro mea & sanguis meus: & caro de carne mea! & erunt duo in vna. &: Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed diligit eam. Mysterium hoc magni dico in Christo & in Ecclesia.*

Genes. 2.

Ephes. 5.

Fons. 11.

Desideriū

patiendi

pro Christo

Habac. 3.

98. Fons undecimus nascitur ex desiderio patiendi pro Christo, nosque ei in omnibus conformandi. Ingrediat purredo in ossibus meis, & ter me scateat: ut requiescam in die tribulationis, & descendam ad populum accinctum nostrum. Eum non florebit, & non erit germen in vineis mentis eius: & arua non adferent cibum: absint ovili pecus, & non erit armentum in praesepibus eius: gaudebo autem in Domino gaudebo, & exultabo in nomine IESU meo. Deus Dominus fortitudo mea, & ducet me victor in Psalms canentem.

Aug. Ma-

nuat. c. 15.

O anima mea, si quotidie oporteret nos tormentum ferre, si ipsam gehennam longo tempore tolleremus, ut Christum in gloria sua videre possemus, & eius sociari; nonne dignum esset pati omne quod est, ut tanti boni tantaque gloria participemus? Domine hic vire, hic seca, ut in eternum

Adde dolores, sed auge patientiam. *Non Ioan. 15.*
quis maior Domino suo. Si me, ait Dominus per-
Matth. 10.
sunt. & vos persequentur: si Patrem familias
scilicet vocauerunt, quanto magis domesticos

Hactenus de fontibus Aspirationū, quas
 pro suo captu, desideriis, internisq; moti-
 excogitare potest. Sufficiat paradigma ali-
 quod proposuisse: nunc de breuib; orationib;
 quid dicendum.

C A P. XVII.

Orationes iaculatorie ponuntur singula sin-
gulis operibus opportuna

Quia sancti Patres leguntur actioni-
 bus suis præmississe aut etiam interse-
 re Orationes aliquas, partim ne in his exer-
 citiis nauos aliquos contraherent; partim vt
 in rebus diffidentes testatum facerent se spem
 in Dei auxilio collocare, quo inuocato
 omnia ad felicem exitum perducerent; aliquas
 breues formulas, easque breues, vt retinean-
 tur, libentiusque adhibeantur: & in pri-

Ante omnes actiones.

Psal. 69.

Deus in adiutorium meum intende; Domine ad ad-
iuuandum me festina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui
Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in
secula seculorum. Amen.

Aaa 2

Ad